



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Candidatus Abbreviatus Jurisprudentiae Sacrae, Hoc Est,
Juris Canonici, Secundum Gregorii Papae IX. Libros V.
Decretalium Explanati Summa, Seu Compendium**

Pichler, Vitus

Augustae Vindel., 1733

Titulus XXXIX. De Censibus, Exactionibus, & Procurationibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63462](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63462)

Litigiosa, Manualia & impropriè dicta, perpetuò incorporata Dignitati, Collegio &c. item quæ sunt juris patronatū Laici, vel ad Sedem Apostolicam devoluta, aut vacant ex causa permutationis, vel in favorem tertii sunt resignata, insuper Monocularia, seu quando Collator hoc unum duntaxat Beneficium habet conferendum; immo collatores, nisi conferre possint saltem 4. Beneficia in Imperio Romano, non tenentur admittere Preces Imperiales, ut notant DD.

TITULUS XXXIX.

De Censibus, Exactionibus & Procuratoribus.

SUMMARIUM.

1. 2. 3. *Quid sit Census, Exaction, & Procuratio.*
4. *Quis imponere possit Ecclesiis aut Beneficiis Censem.*
5. *Quinam teneantur ad solvendum Cathedratum seu Synodaticum: & quinam ad Subsidium Charitativum seu Donum gratuum.*
6. *Quinam ad Procurationes,*

Census in genere nihil est aliud, quam penso, quæ in certa quantitate ex quacunque causa annuatim præstatur alteri: sub qua ratione comprehendit etiam Tributa Sæcularibus
Pars II. N laribus

laribus Principibus solvenda. Quatenus verò Cen-
sus denotat certam partem fructuum, quos ei-
quis emit ex re vel industria alterius annua-
fibi pendendos, huc non pertinet, sed examinari
ad Tit. de Usuris in libro V. Hoc autem loco
Census sumitur pro pensione annua ex proventib.
Ecclesiasticis solvenda vel Episcopis in signum sub-
jectionis, vel Patronis in recognitionem funda-
tionis, vel alis ex justa causa. Dividitur in An-
num, qui vel statim initio & tempore fundati-
onis, consecrationis, exemptionis, Ecclesiæ vel Be-
neficio est impositus velut onus reale, vel ipso Jure
debetur, uti *Cathedricum*, alio nomine *Synod-
icum*, eò quòd olim in Synodis Diœcesanis soli
consueverit, quòd ex redditibus Ecclesiæ singulis
annis de Jure solvendum est Episcopo partim
signum subjectionis, partim in honorem Cath-
edralis Ecclesiæ, ac de Jure scripto excedere no-
deberet duos solidos seu aureos. can. 1. caus. 11.
q. 3. Et in *Novum*, qui primùm ex postfacto im-
ponitur ab homine. Uterque vel est *Perpetuum*,
vel *Temporalis*, v.g. ad certos annos.

2. *Exactio* in genere est id, quod Principes ve-
Superiores, Ecclesiastici aut Sæculares, à subditis
exigunt extra Ordinem, non stabiliter & singulis
annis, per quod differt à censu vel tributo, ut
sunt collectæ, steuræ, contributiones, tallia, pe-
dagia, vecligalia &c. c. 5. c. 6. §. 2. b.t. Sed in hoc
loco significat pensionem, qua extraordinarie ab
Episcopis ex justa causa exigitur de redditibus Eccle-
siasticis, uti est *Subsidium Charitativum*, seu pen-
sio moderata, quam ex causa manifesta, v.g. si
magni sumptus sint faciendi in confirmatione vel
con-

X.
verò Cen-
quos al-
annua-
aminata-
tem loc-
oventib-
num sibi
m funda-
in Am-
fundatio-
æ vel Be-
ipso Jun-
Synode
anis foli-
e singuli-
partim in-
n Cath-
dere no-
caus. 13
facto im-
perpetuum
ipes vel
subditis
singulis
to, ut
llia, pe-
d in hoc
narie ab
us Eccle-
eu pen-
v. g. fi
one vel
con-
De Censibus, Exactionibus, &c. 195

consecratione Episcopi (& tunc vocatur *Infula* und *Weyh-Steuer*) si reparanda sit fabrica Ecclesiæ Cathedralis, vel ejus debita solvenda, vel magnæ expensæ pro juribus Ecclesiæ defendendis sint necessariæ, postulat Episcopus à subditis cum charitate, solvendam tamen ex obligatione, quia & charitas obligat. c. 6. §. 2. cit. c. 18. inf. eod. Appellatur etiam *Donum gratuitum*. Extra hunc casum prohibentur Episcopi suos subditos exactiōnibus gravare. c. 6. cit. Huc referri potest contributio illa, quam Trid. s. 23. c. 18. de ref. ad tempus solvi præcipit in erectionem & conservationem *Seminarii* ad exactionem & determinatiōnem Episcoporum.

Procuratio in præsenti denotat sumptus & 3
expensas, quibus Episcopi, vel alii eorum loco, actualiter visitantes Diœcesim vel Ecclesiæ, indigent pro competenti & moderata sustentatione, solvendas ex redditibus Ecclesiasticis, non obstante, quod Episcopus aliunde habeat largos redditus. Sustentatio hæc comprehendit victum & habitationem Visitatoris, honesti comitatūs, atque equorum necessariorum.

Dico 1. *Censum* antiquum, etiam perpetuum, 4
Ecclesiis vel Beneficiis imponere potest Papa: Episcopus autem tempore foundationis, dotacionis, vel consecrationis; postea verò non nisi in utilitatem alterius Ecclesiæ vel Loci Religiosi cum justa causa: Patronus verò, etiam in suum comodum, in limine foundationis cum consensu Episcopi. 2. *Censum* novum verò ac perpetuum nemo, nisi Papa, vel antiquum augere, adeo que nec Episcopus saltem in suæ vel Capituli

N 2

mensæ

mensæ utilitatem. 3. Licet possit censum nō
vum temporalem, seu pensionem alteri solven-
dam, ex justa causa. Pars 1. serè certa est ei-
c. 2. de Præb. in 6. pr. c. 23. de Jur. patr. c. 7. 16.
21. h.t. Pars 2. ex *c. 3. & 7. eod. Clem. 1. s.*
cādem quoque de suppl. neglig. & c. 9. de his, quā
fiunt à Præl. Excipitur tamen casus, quo Epis-
copus cum consensu Capituli & Superioris au-
thoritate ex justa causa remittit Ecclesiæ sibi sub-
iectæ jura Episcopalia, seu illam à sua jurisdic-
tione eximit. *c. 6. de Relig. dom.* Pars 3. ex dictu
ad tit. *XII. ut Eccl. Benef. n. 3.*

Dico 2. *Cathedraticum* debetur Episcopo ab
omnibus Ecclesiis, Beneficiis, Capellis, & Paro-
chiis. 2. Probabiliter etiam à Capellis seu Paro-
chiis pleno jure unitis Monasterio, dissentientib.
P. König *h.t. n. 10.* Item 3. *Subsidium Charitat-
vum* eidem Episcopo, vel, Sede Vacante, Capi-
tulo licet exigere ab omnibus Clericis Beneficia-
tis, redditus Beneficiales ultra congruam suspen-
tionem habentibus. 4. Quin & Regularibus
Beneficia vel Ecclesiæ sacerdotes obtinentibus.
5. Ab utroque tamen exempta sunt Monasteria
ipsa, etiam à jurisdictione Episcopi alias non
exempta. Pars 1. & 2. sumirur ex *c. 16. de Off.*
Ord. quod Episcopo adjudicat jura Episcopalia,
ac in specie duos solidos nomine *Synodatici* seu *Ca-
thedratici* ab Ecclesiis seu capellis ad Monasterium
ipsum spectantibus. Consonat. *c. 12. de Præb. &*
Clem. 1. h.t. nisi nimis haec capellæ liberentur
privilegiis, conventione, ac forsitan etiam pre-
scriptione 40. annorum. per *c. 4. de Præscript.*
& ibi DD. Pars 3. ex *c. 6. §. prohibemus h. t. 16.*

16. cit. Quod autem restrictionem fecerim ad Beneficiatos ultra congruam percipientes, ratio est, quia hoc subsidium est onus mixtum, Clericorum personas obligans intuitu fructuum, quos percipiunt. Pars 4. ex *citt. c. 12. 16.* & *Clem. 1.* Pars 5. ex *can. 8. caus. 10. q. 3. can. 34. caus. 16.* q. 1. & c. 1. de *Statu Monach.* ubi omnia Monasteria indistinctè eximuntur à Cathedratico, & à tota lege diocesana, vi cuius tales exactiones Cathedratici, & Subsidii charitativi, fiunt. DD. plerique & ferè omnes.

Dico 3. *Procurations* solvere tenentur Ecclesiae omnes, tam Regulares quam Sæculares, quæ & quando visitantur. c. 14. & 23. h. t. Trid. s. 24. c. 3. de ref. Excipiuntur tamen Oratoria privata. c. fin. h. t. Ecclesiæ pauperes, redditibus ad eas solvendas sufficientibus destitutæ, hospitalia & loca pia pro pauperibus ac infirmis deputata. per c. 11. de *rescr. in 6. s. insuper. Clem. quia con-*tingit. de *Relig. dom.* Et quas Ecclesiæ eximit speciale privilegium, vel consuetudo. c. 17. h. t. Trid. lo. cit. vel præscriptio immemorialis; alia enim præscriptio non sufficit. per c. 17. cit. c. 11. & 16. de *Præscript.* Ipsi autem visitationi, nisi simul præscribatur exemptio, ne quidem tempore immemoriali præscribitur. per c. 16. cit. Ne verò hæ procurations nimis gravent Ecclesiæ, cautum est, ut sint moderatæ, & ut Ecclesiæ liberum sit vel vietualia visitatoribus in natura suppeditare, vel eorum loco pecunias: ut nec visitator, nec ejus comites aliquid ultrà etiam sponte oblatum, licite & validè possint accipere: ut ultra unam procurationem non accipient pro

uno die, licet eodem die plures visitent Ecclesias, sicut plures eodem die visitare debent, si comodè possint; quæ proin sumptus inter se partentur. c. 23. b. t. c. 2. 3. eod. in 6. Trid. lo. cit.

TITULUS XL.

*De Consecratione Ecclesia, vel
Altaris.*

SUMMARIUM.

1. 2. *Quid sit Ecclesia, Altare, Consecratio, Benedictio, Execratio, Pollutio Ecclesia & quæ res consecrari vel benedici debeant.*
3. *Ad quem pertineat Consecratio, & Benedictio.*
4. *Quando Ecclesia, vel altare censeatur execrari ut opus sit nova Consecratione.*
5. *Quando Ecclesia, vel Cœmeterium pollui, ut opus sit Reconciliatione.*
6. *A quo hæc fieri debeat vel possit.*

I **P**er Ecclesiam hic intelligitur ædes sacra, in qua fideles congregantur ad interessandum rei Divinæ, & ad percipienda Sacra-
menta. Per Altare autem lapis ad sacrificandum ordinatus & consecratus: quod aliud est fixum seu immobile, h. e. certo loco tanquam basi affixum, cuius saltem superior pars, seu mensa, debet esse lapidea: & aliud *portatile*, seu mobile aut *viaticum*, quod moveri & ab uno loco in alium trans-